

riorum ad tertiam; Item secundæ priorum ad tertiam maior, quàm primæ posteriorum ad secundam: Erit quoq; ex æqualitate, maior proportio primæ priorum ad tertiam, quàm primæ posteriorum ad tertiam.

Problema 33. Propositio 33.

Si fuerit maior proportio totius ad totum, quàm ablati ad ablatum: Erit & reliqui ad reliquum, maior proportio, quàm totius ad totum.

Theorema 34. Propositio 34.

Si sint quæcunque magnitudines, & aliæ ipsiæquales numero; sitque maior proportio primæ priorum ad primam posteriorum, quàm secundæ ad secundam; & hæc maior, quàm tertiæ ad quartam, & sic deinceps: Habebunt omnes priores simul, ad omnes posteriores simul, maiorem proportionem quàm omnes priores, relicta prima, ad omnes posteriores, relicta quoque prima; minorem autem, quàm prima priorum ad primam posteriorum; maiorem denique etiam, quàm vltima priorum ad vltimam posteriorum.

FINIS ELEMENTIV.

EVCLI.